Ludouicus dei gra Romanor Rex semp Augustus. Nobilibus viris Vgolinuccio Rainerij, Nerio, Cello et Bindo natis qdam Cecchi et Cerfallino
et Bindotio natis qda da Rainerij de domo de Baschio suis et Imperij fidelibus. gram suam et ome bonu. Propter vre deuotionis et fidei puritatem qua
semp erga Romanum Imperium fuistis et Antecessores uestri uiriliter fuerut, et quia bene semp pro Imperio laborastis, dignum fore putamus ut
fructum laboris uestri sentiatis liberalitate Regie maiestatis. premissor igitur consideratione pensata. Tibi Vgulinuccio et hredibus tuis p tertia pte.
uob Nerio Cello et Bindo, et heredibus uestris p alia tertia parte et uobis Cerfallino et Bindotio et hredibus uestris p Reliqua tertia pte, de speciali gra
usque ad nostrum et sacri Romanj Imperij beneplacitum In Nobile feudu Concedimus. Castrum Sbatie ad portam cu omnibus Iuribus. Iurisdictionibus
hoibus fortelitiis et alijs Iuribus quibuscumq ptinentibz ad Castrum predictu. Vosq, p uob et hredibus uestris de Castro pdco cu omnibus suis Iuribus
p ptibus supradictis Autoritate Regia Inuestim⁹. no obstante q castrum pdcm p Infideles et Rebelles Imperij detineat psentialiter occupatu. Sane uob
ob uestra et urorz Antecessor merita. Castrum Montis meranj et Castrum Franchum, secundu diuisione Inter uos factam sicut Iuste tenetis et possidetis
ex certa scientia Confirmam⁹. Nulli ergo liceat hac nostram cocessione et cofirmatione Infringere uł ausu temerario contraire. Contra facientes uero
Indignatione nostram se nouerit Incursuros. In cuius Rei testimonium psentem paginam nro Regali sigillo Iussim⁹ communirj. Datu Luce Anno dnj
millo treceto vigesimo septimo die tertiodecimo nouembr. Anno uero Regni nri tertiodecimo.

Siena Arch. di Stato
Riformagioni
S. Anastasio
1327 XI 13